transacta plangite · imminentia cauete ; Redemptor noster mo
mentaneos fletos uestros · aeterno consolabitur gaudio ; qui uiuit
& regnat cum patre in unitate sp̄s s̄ci d̄s per om̄a saecula saeculorum ·

FER · VII · POST DIES ABBATI POST PASCHA · LECTIO
IN illo tempore · S̄C̄I EUUANGELII SECUNDUM IOHANNEM
una sabbatorum maria magdalene uenit mane cum adhuc te
nebrae essent ad monumentum ; & uidit lapidem sublatum a monum̄to

XV OMEL BEATI GREGORII DE EADEM LECTIONE · & rel̄q

FRactus longa molestia stomachus diu me caritati uestrae de
lectionis euuangelicae loqui expositione prohibuit ; Uox
namque ipsa clamoris uirtute subcumbit · & quia a multis
audire non ualeo loqui fateor inter multos erubesco · sed hanc
in me uerecundiam & ipse reprehendo ; Quid enim numquid si
multis prodesse nequeo nec paucis curabo · & si ex messe porta
re manipulos multos non possum · Numquid nam debeo ad aream
uacuus redire · quamuis enim quantos debeo ferre non ualeo ·
certe uel paucos · certe uel duos · certe uel unum ferā ; hab&
namque ipsa infirmitatis intentio mercedis suae certitudinem ;
Quia supernus arbiter noster & si pondus considerat in retributi
one tamen uires pensat in pondere ; Lectio s̄ci euuangelii
quam modo fr̄s audistis · ualde in superficie histo
rica est aperta · Sed eius nobis sunt misteria sub breuita
te requirenda ; Maria magdalene cum adhuc tenebrae es
sent uenit ad monumentum · Iuxta hystoriam notatur hora ;
iuxta intellectum uero mysticum requirentis signatur intelle
gentia ; Maria enim auctorem omnium quem in carne uiderat ·
mortuum querebat in monum̄to ; & quia hunc minime inuenit ·
furatum credidit ; Adhuc ergo erant tenebrae cum uenit ad
monumentum ; cucurrit citius discipulis nuntiauit · Sed illi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0028